



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaest. 8. De haeresib. damnatis in Extraua.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

templationis tantum descenderent, quod circa mysterium, seu sacramentum Eucharistia, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & comittunt, quae oculos diuinae maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum.

## COMMENT. XXXII.

**H**æreses, & errores per ecclesiam condemnati, de quibus agitur in Decreto retulit auctor hæreses, seu verius hærestarchas, siue hæresim auctores, de quib. agitur in Decreto: nunc vero eas prosequitur, quæ in reliquis iuris Canonici voluminibus continentur, ut hinc etiam cognoscant fidei indices, falsitates dñnatæ, & catholicae veritatis illis contrarias constanter stabilitas. Iam eodem fere ordine, quo virtutur hic Eymericus, tractant rem eandem Sanctus Antonius par. 4. titu. 11. cap. 7. §. 2. 3. & 4. & Turrecremata in Summa de Ecclesia, li. 4. par. 2. c. 35. & 36.  
**b** Quem Abbas Ioachim assertebat.] De Abbatे Joachim abunde diximus supra par. 1. super ca. Damnamus, de sum. Trinit. & fide cath.  
**c** Doctrina impij Almarici.] De Almarico etiā pauca quadam diximus supra par. 1. super c. Damnamus, de sum. Trinit. §. reprobamus etiam, ea vindictanda sunt, ut hic locus apertior fiat.  
**d** Secunda hæresis est, qd quād vnu militū.) Hanc hæresim & duas sequentes hic in ver. Tertia hæresis, & in vers. Quinta hæresis tenebat quidā Petrus Joannes, ut refert Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Petri Ioannis, c. 1. 2. & 3. cuius plures etiam errores commemorat Eymericus infra in hac 2. parte quæstio. 9. pbi vi deas quæ copiosæ, de hoc Petro Joanne scripsimus.  
**e** Et in tñu. de heret. in Clement. Ad nostrum, condemnant istæ octo hæreses, seu errores. ] Hos errores profitebantur Beguardi, sicut constat ex Clemen. Ad nostrum, & ex Eymero in summa de hac 2. parte, quæst. 15. Eosdem cum aliis multis refert & confusat Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguardorum, & Alazarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesia, cap. 52.

## QV AESTIO VIII.

## De hæresibus condemnatis in Extrauagantibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Errores Ioannis de Poliaco condemnati in extra uag. Vas electionis.
- 2 Errores Beguardorum damnati in extrauagan. Gloriosa Ecclesiam.
- 3 Errores dñnti in extrauag. Cñ inter nonnullos.
- 4 Errores damnati in extrauag. Quia quorundam.
- 5 Errores damnati in extrauag. Benedictus Deus.

**C T A V A** questio est: Hæreses & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in extrauagantibus, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod pro nunc non sunt extrauagantes, in quibus codicetur hæreses & errores nisi domini Ioannis xxii. & Domini Benedicti xii. Nā si ante aliquæ fuerunt, in corpore iuris postmodù sunt infertae: & ea propter extrauagantes nō possunt dici hodie. In extrauagantibus autem domini Ioannis sunt hæreses & errores huiusmodi condemnati.

**i** Primus, quod conditentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerunt, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus quod stante statuto: omnis virilis sexus, edito in Concilio generali, † Românnus Pôtifex non potest facere, quod parochiani non tenentur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, quem dicit esse parochiale curatū: immo nec Deus posset hoc face re: quia, ut dicebat, implicat contradictionem.

I tertius error: quod Papa non potest dare licentiam generalem seu potestatem audiendi confessiones: immo nec Deus, quin confessus habeti generalem licentiam, teneatur eadem iterum confiteri seu proprio sacerdoti, quem dicit esse (ut prædictur) parochiale curatum.

Isti tres errores condemnantur in extrauagante dicti domini Papæ Ioannis xxii. quæ incipit: Vas electionis, quæ est supra.

Horum autem errorum auctor fuerat ac inventor quidam magister in Theologia, Parisii magistratus, uocatus Ioannes de Poliaco.

**z** Quartus, error & hæresis: qd dua sunt Ecclesia, scilicet carnalis diuitiis pressa, affluens delitius, sceleribus maculata, cui Romanum prelatis, aliosque inferiores prælatos dominari, hæretici isti fingunt; alia spiritualis frugalitate mûda, virtute decora, paupertate succincta, in qua ipsi soli Beguardi, eorumque complices continentur.

Quintus error quod venerabiles Ecclesia sacerdotes, aliquique ministri, sic sunt iurisdictionis & ordinis auctoritate deserti, ut nec sententiam ferre, nec sacramenta confidere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere, sed sunt priuati omni ecclesiastica potestate, nisi sint de eorum Beguardorum perfidia, apud quos solos, ut ipsi fingunt, sicut spiritualis vita sanctissima, & ecclesiastica auctoritas perseuerat.

Sextus error est, illos mortalibus criminis contage pollui, & penitenti, quos contigerit iumenti religione constringi.

**E** Septimus error est: sacerdotes ritè & legitime secundum formam Ecclesiaz ordinatos, quibuslibet tamen criminibus preslos, non posse coficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta.

Octauus error est: quod Euâgeliu[m] Christi in solos Beguardos h[ab]et tempore compleatum: quod haecenus, ut ipsi Beguardi somniant, obiectum fuerat, immo proflus extinctum.

Isti quinque errores condemnantur in extra uag. di-

<sup>a&</sup> uag. dicti domini Ioannis quæ incipit: Glorio-  
sam Ecclesiam, quæ est infra.†

<sup>b</sup> Lxx. 16. 3. Nohas <sup>d</sup> error est: quod Dominus noster Ies-  
sus Christus, eiusq; Apostoli, non habuerunt ali-  
qua nec in proprio, nec in communi.

Decimus error & heres est: quod Dominus noster Ies-  
sus Christus, eiusq; Apostoli in his,  
quæ ipsos habuisse sacra scriptura testatur, non  
habuerint, seu eis non competierit ius ipsiis uten-  
di; nec illa vendendi, seu donandi, aut ex ipsiis ali-  
qua acquirendi.

Isti duo articuli verè, ut hæreticales conde-  
mnantr in extrauag. dicti domini Ioan. quæ inci-  
pit. Cum inter nonnullos, quæ est infra.†

<sup>c</sup> Ques. 15. 4. Undecimus error & heres est: quod Domi-  
nus noster Ies-  
sus Christus, & eius Apostoli in  
his, quæ habuisse leguntur, tantum habuerunt  
aliquæ iure aliquo simplicem vsum facti.

Hic articulus tanquam verè hæreticales con-  
demnatur in extrauagan. dicti domini Ioa. quæ  
incipit: Quia quorundam mentes, & etiam in ex-  
trauagan. eiusdem, quæ incipit: Vir reprobis,  
qua sunt infra.†

<sup>d</sup> Ques. 16. 5. In extrauagante autem domini Papa Bene-  
dicti, xii. quæ incipit: Benedictus Deus, quæ est  
supra, sequentes hæreses condemnantur, & co-  
rūm opposita esse catholica, & fide tenenda om-  
nia comprobantur.

Prima hæresis est, quod secundum Dei com-  
munem ordinationem, animæ iustorum decedē-  
tium ante Domini nostri Iesu Christi passionē,  
in quibus nihil erat purgabile, mox post eandem  
passionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi  
ante resumptionem suorum corporum, & iu-  
diciū generale, non viderunt, nec vident, nec  
videbūt clare, & aperte diuinam essentiam, nec  
illa etiam perfruuntur; nec post eiusdem Domi-  
ni nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec  
sunt, nec erunt in celo cœlorum regno, & para-  
diso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum  
consortio aggregatae.

Secunda hæresis est: quod secundum Dei cō-  
munem ordinationem, animæ iustorum decedē-  
tium ante Domini nostri Iesu Christi passionē:  
in quibus aliquid purgabile remanebat, purga-  
tione peracta ex toto, mox post eadē passionē  
Domini nostri Iesu Christi ante resumptionem  
suorum corporum & iudicium generale, non vi-  
derunt, nec vident, nec videbūt diuinam essen-  
tiam clare & aperte, nec illa etiam perfruuntur;  
nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascē-  
sionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in celo cœ-  
lorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo  
sanctorum Angelorum consortio aggregatae.

Tertia hæresis est: quod secundum Dei ordi-  
nationem communem, animæ iustorum dece-  
dētium post sanctum baptisma ab eis suscep-  
tū, in quibus nihil est purgabile, cum decadent, an-  
te suorum corporum resumptionem & iudicium  
generale, non vident, nec videbūt clare & aper-  
te diuinam essentiam; nec illa etiam perfruuntur,  
nec sunt, nec erunt in celo cœlorum regno & pa-  
radiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelo-  
rum consortio aggregatae.

A rum consortio aggregatae.

Quarta hæresis est: quod secundum commu-  
nem Dei ordinationem, animæ iustorum dece-  
dētium post sanctum baptisma ab eis suscep-  
tū, in quibus est aliquid purgabile cum decadent,  
peracta etiam purgatione ex toto, ante suorum  
corporum resumptionem & iudicium generale,  
non vident nec videbūt clare & aperte diuinā  
essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec per-  
fruuntur, nec sunt, nec erunt in celo cœlorum  
regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum  
Angelorum consortio aggregatae.

Quinta hæresis est, quod secundum commu-  
nem Dei ordinationem, animæ parvulorū sacro  
baptismata renatorū, decadentium ante vsum  
liberti arbitrii, ante suorum corporū resumptio-  
nem & iudicium generale, nec vident, nec vide-  
bunt clare & aperte diuinam essentiam, nec illa  
etiam perfruuntur, nec perfruuntur; nec sunt,  
nec erunt in celo cœlorum regno, & paradiso  
cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum con-  
sortio aggregatae.

Sexta hæresis est: quod secundum Dei com-  
munem ordinationem, animæ iustorum omniū  
decadentium prædictorum, ante nostrorum cor-  
porum resumptionem & iudicium generale di-  
uina visione & fructuone non erunt beatæ; nec  
habebunt uitam & requiem sempiternam.

Septima hæresis est: quod diuinæ essentiæ ui-  
sio animarum beatarum, non est visio intuitiva  
& facialis.

Octaua hæresis est: quod secundum commu-  
nem Dei ordinationem, diuinæ essentiæ intuitiva  
& facialis visio & fructu in beatis euacuabit,  
nec cōtinuabitur usque ad finale iudicium,  
nec ex tunc usque in sempiternum.

Nona hæresis est, quod secundum commu-  
nem Dei ordinationem, animæ decadentium in mor-  
tali peccato, mox post mortem suam ad inferna  
nō descendunt, nec penit infernibus cruciātur.

Décima hæresis est: quod in die iudicij omnes  
homines ante tribunal Christi cum suis cor-  
poribus non comparebunt reddituri de factis p-  
riis rationem, vt referat unusquisque propriis  
corporib. prout gessit, siue bonum, siue malum.

### C O M M E N T . XXXIII.

<sup>a</sup> Hæresis & errores per Ecclesiam cōdē-  
nat de quibus agitur in Extrauagantibus.  
De hoc eodem inslito agunt sanctus Anto-  
nius in summa, par. 4. tit. xi. c. 7. §. 5. & Turrecre-  
mata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 37 qui-  
bus locis aliorum errores in alijs Extrauagantibus  
condemnati referuntur, quos non recensuit hic Ey-  
mericus; enumerat tamen eorum multos in alijs lo-  
cis sicut occasio & series dicendi posculabunt.

<sup>b</sup> Horū autem errorum auctor fuerat, & cōt.  
Ioannes de Poliaco.) Huius Joannis Poliaci erro-  
res refert etiam Bernardus Lutzenburgus in cata-  
logo hæreticorū lib. 2. & Præcolus lib. 9. de vitis  
& sc̄tis hæreticorum, cap. 26. obiter autem hic est  
obseruandum, Ioannem hunc Poliacum in his errori-  
bus non mansisse pertinaciter; nam & à sententia  
sua

*sua recessit, & errores publicè renocauit, ut cōstat ex extrauag. incipien. V. as electionis, quam hic citat Eymericus; quod factum fuit anno quinto Pontificatus domini Joannis xxii, qui incidit in annum Domini, MCCXXI.*

c Quatuor error & hæresis est, &c.] Hic est prius error ordine eorum, qui damnati sunt per Iohannem xxii, in extrauagan. incipien. Gloriosam Ecclesiam, cuius quoddam fragmentum refert Eymericus infra in hac 2. parte, q. 6. Hos autem errores profitebantur Fraticelli Begardi, quorum dux & capit fuit Henricus de Cœu, ut constat ex dicta extrauagan. Gloriosam Ecclesiam, & ex Eymericu*infra in hac 2. parte, q. 16.*

d Nonus eror est, &c.) Hunc item errorem & duos sequentes defendebant Fraticelli seu Begardi, ut constat ex Eymericu*infra in hac 2. par. q. 11. et ex Beato Antonino in summa par. 4. ti. xi. c. 7. §. 5.*

e In extrauaganti autem domini Papæ Benedicti duodecimi. Antea legebatur, undecimi. Sed locum restituimus tum in hac questione, tum alibi, ut de Benedicto duodecimo accipiatur, sicut ostendimus super extrauagan. Benedictus Dens, relata supra in hac 2. partes folio 134. ubi nonnulla tradidimus, quæ hunc locum illustrabunt.

## Q V A E S T I O N E X.

## De hæresibus à Rom. Pont. dānat is post mortem auctorum earum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Petri Ioannis errores xx. damnati.
- 2 Aly duo insuper eiusdem errores.
- 3 Michael de Cesena hereticus.
- 4 Errors Ioanni de Parma tributi.
- 5 Raymundi Lulli errores quam plurimi.
- 6 Lullistarum errores.

**N**ona questio est: Hæreses & errores per diuersos summos Pontifices de fratribus consilio condemnati, post mortem illorum, qui errores huiusmodi posuerunt; qui sunt? Ad hanc respondemus, quod ante condamnationem predictorum errorum factam per dominum Ioanum xxii. in Extrauagantibus, Cū inter nonnullos. & Quia quorundam mentes, de quibus infra, & ante condamnationem statim dictorum errorum factam per dominum Benedictum xii. in Extrauagante, Benedictus Deus, de qua supra.

† Quest. 15. & ante condamnationem statim dictorum errorum factam per dominum Benedictum xii. in Extrauagante, Benedictus Deus, de qua supra.

PETRVS IONNAES ET EIVS ERRORES DAMNATI sol. 127. Idem b. dominus Iohannes Vigesimus secundus condonauit de multorum consilio magistrorum in theologia postillam fratris Petri Ioannis ordinis Fratum Minorum super Apocalypsim, oriū di de villa, quæ dicitur Seriatum, diæces. Biterren, propter hæreticas & erroneous articulos in frascriptos in dicta postilla contentos: quos articulos cū postilla pariter condemnauit. Condemnauit etiam postillā eiusdem fratris Petri Ioannis super Matthæum, & postillā etiā eiusdem super

A canonicas, † in quibus, ut in postilla super Apocalypsim continentur hæreses aliquæ in effigie consimiles. Hæreses autem dicta postilla sic, ut prædictur, condemnata, sunt istæ.

Aduentum tamen prius est, quod infras- totum, per Babyloniam meretricem magnâ intelligit vniuersalem Romanam Ecclesiam militarem, quam nos, & vere, vocamus Sanctam Catholicam & Apostolicam. Per Ecclesiam carnem intelligit idem, scilicet vniuersalem Romanam Ecclesiam. Per bestiam intelligit idem. Per synagogam Satanæ intelligit idem. Per mysticum Antichristum intelligit Papam, seu Pontificem Romanum, Per Angelum consignatum intelligit Beatum Franciscum. Per Christi militiam intelligit Begardos, seu eorum hæresibus & erroribus credentes. Per Euagelicam vitam, seu regulâ intelligit nihil habere nec in proprio, nec in communi, nec ius, seu dominium in rebus habere donandi, vendendi, seu ex illis acquirendi, vel alias alienandi, sed habere in eis simplicem usum facti. Per ecclesiam spiritualem intelligit idem, scilicet † eius erroribus credentes.

## Freres Petri Ioannis.

Prima hæresis est: quod sextus status Ecclesie quæ incepit, ut dicit à tempore Beati Francisci, & plenius à tempore condemnationis Babylonis meretricis magna, quando Angelus Christi signo signavit per suos futuram militiam Christi, & durabit usque ad tempus Antichristi, & præminent notabiliter quinque primis.

Secunda hæresis est: quod sicut in primo Chaladuentu formata est noua Ecclesia, & veteris pagoga reiecta: sic & in initio sexti status, vestas prioris temporis est vniuersaliter repellenda, ut videatur nouum sacerdotium, seu noua Ecclesia tunc formari veteribus iam reiectis. Et sicut in sexta ætate reiecto carnali Iudaismo, & veterate prioris seculi, venit nouus homo Christus D cū noua lege, vita, & cruce: sic in sexto status reicta carnali Ecclesia, & veteritate prioris seculi, renouabit Christi lex, & vita, & crux: propter & in eius primo initio Fratus apparuit cauterus, & Christo totus crucifixus, & consignatus.

Tertia hæresis est: quod sicut gloria, quæ fuit synagoga parata, & pontificib. suis, si in Christum credidissent, translata fuit ad primiū Ecclesiam, & ad pastores eius: sic & gloria parata finali ecclesiæ quinti status, propter eius militiam ad electos sexti status fuit translata.

Quarta hæresis est: quod constat regulam fratrum Minorum per Beatum Franciscum editam esse verè & propriè illam Euangelicam, quam Christus in seculo seruauit, & Apostolis impo- sit, & Euangelii suis conscribi fecit.

Quinta hæresis est: quod regula Beati Francisci est condonanda à pluribus ab Ecclesia carnaли, & superborū negat, & sophistis, sicut Christus cōdénatus fuit à synagoga reproba Iudeorū, & q̄ hoc oportet præire exterminiu Ecclesie sicut Christi & suorum condemnationis à Iudeis præiuit tempore exterminiu synagogæ.

Sexta hæresis est: quod beatus Franciscus est ille